

De vegetabilibus et plantis

caliditate et siccitate inducit: et sic fructus in amaritudine vertit. Primis igitur fructibus quod primo sunt amari postea dulces: assimilantur opera penitentium quae incipiunt ab amaritudine dicitur: et terminantur in dulcedine gaudij: secundum illud Mat. v. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Item tales sunt dolores vel labores patientium quod primo habent amaritudinem penes: sed pariter ultimo premium gratiae. Item Tristitia vestra vertet in gaudium. et hoc totum est ex virtute caloris. id est dicitur in amoris. Illis autem fructibus quod primo sunt dulces et postea amari: assimilantur opera peccantium: quod in actu dum sunt habent dulcedinem misere delectationis: sed post factum inducunt amaritudinem conscientiae vel sequentis punitionis. Item assimilantur talibus fructibus consolationes gaudium et prosperitatem in mundo: quod licet nunquam dulces sint: postea tamen ad infernalē amaritudinem perducunt: sicut patet Luc. vi. de diuite epulone. Et hoc totum contingit vel propter contractionem auaricie: vel propter nimiam intensionem concupiscentie. Item penitentiae opera si debito modo fiant sunt valde proficua. Cuius exemplum apparet in oliuis. Nam sic dicit Isaac: oliuae cum sint rubrae non bene mature: si cum aceto vel aqua salsa fuerint preparatae sunt comestae valde confortatiue contractione et appetitum excitatiue: licet sint ad digerendum dure. Similiter penitentium opera si sint rubrae per charitatis seruos: non dum mature: id est non diu dilata vel tardata: et fuerint preparata cum aceto concupiscentiarum et lacrymarum salfedine quae sunt ut aqua salsa. etiam si talia opera videantur ad faciendum dura. id est difficulta sunt tamen valde utilia: quod confortant ad faciendum bona: restringunt ut non fiat mala. et excitant appetitum ad habendum celestia.

Capitulum: XLIII

Pera proficiētium in vita spirituali assimilantur fructibus habentibus pyramidalē figurā. Inveniunt enim fructus diuersarum figurarum. Nam quidam fructus sunt pyramidati: quidam rotundati: quidam angulati. Pyramidales fructus duos sunt modos: quod quidam pyramidati ex vna parte tamen. id est ex parte inferiori. quidam ex utraque parte habent conum et in medio dilatantur. Nam si prius platea in principio humoris amplius et rari fuerint sed postea frigiditate aut siccitate constringuntur: fructus et folia ingrossabuntur

supius et inferius grattabuntur et pyramidabuntur. si vero virtute caloris et raritate humoris superiorum particula leuias: et ex parte inferiori caliditate existente humor in medio diffunditur. fructus et folia in medio dilatantur et propter dominium caloris in utraque extremitate in conum ducuntur et subillantur: et sic in pyramidam transformantur. Primis igitur fructibus quod ex parte inferiori tamen pyramidantur et superius dilatantur: assimilantur opera gradatim proficiētium: quod quidem in principio sunt gracillia. id est debiliter incipit: sed postea usque in finem crescunt et dilatantur. proficiendo: Gregorius. Nemo reperit sit summus: sed in bona conuersatione a minimis ad ichoat ut ad maiora perueniat. Secundis autem fructibus quod ex utraque parte pyramidantur et in medio tantum modo dilatantur: assimilantur opera quorum quidam quae tamen in principio sunt gracillia et parua: licet aliquando in medio visa sunt dilatari et prosperari. Quidam vero fructus sunt quod rotunda habent figuram propter equalē materiam humoris et equalē actionem virtutis et caloris: per quas mediae partes extenduntur equaliter et a medio usque ad circumferentiam vni formiter extenduntur. Nec igitur figura propter equalitatem et vni formitatem extensionis vnicuique competit operibus iusticie: quod exigit ut omnibus sine personarum acceptatione equaliter et vni formiter reddat quod suum est unicuique. Et dico equaliter non secundum equalitatem quantitatis sed proportionis. Alii autem fructus sunt quod angulares sunt ex contraria causa. id est propter inequalē extensionem materie. Et id significat opera iniusticie quae sunt. inequaliter fiunt: et cum personarum acceptatione. Et hec opera hominem non proficere sed potius deficere faciunt. vnde Petrus. cxxvii. petebat dicens: Non dominetur mei ois iniusticia. Ca. XLV

Pera cōtēplatiuū et perseverantiū assimilantur fructibus maturis. Dicit enim Aristoteles. quod in terra motuosa: quod dulcis est et dulce retinet humores: fructus citius maturantur et sapidiores et salubriores inveniuntur. Nec est terra motuosa et vita contemplativa quae motuosa dicitur propter ascēdēdi difficultatem: et propter celestium veritatem: et propter quietem securitatem. ibi quod reperitur humor dulcis interne consolationis. vnde et fructus. id est opera contemplatiuū citius maturescunt. id est citius complentur propter charitatis calorem: quod facit opus accelerare et consummare. Item magis sapiunt: quod supernis consolationibus admiscet. Sunt etiam

P 5